

lib. III defn. 32. Multum tamen iudicis arbitrio relinquendum est. (47. Quid enim si actor ostendat parentes alteri proco plus favere? Quid si monstret, ipsos parentes, præsertim matrem præpotentem in causa

SUMMARIUM.

1. Servitutis nomen dupliciter accipitur, scilicet pro subiectione et pro iure. — 2. Servitus ut sic quid sit? — 3. Servitus ut sic dividitur in personalem, realem et mistam; et quid sit servitus personalis? — 4. Quid sit servitus realis? — 5. Quid sit servitus mista? — 6. Servitus realis, alia est urbana, et alia rustica; et quæ utraque sit? — 7. Nomine prædii urbani in iure quid veniat? — 8. Prædium, cui servitus debetur, vocatur *dominans*, alterum autem appellatur *serviens*. — 9. Servitus realis urbana adhuc est duplex, nempe affirmativa et negativa: et qualis utraque sit? — 10. Servitutes urbanae, tum affirmativæ, tum negativæ plures sunt, et assignantur, ad n. 12. — 13. Servitus realis rustica etiam est duplex, scilicet nominata et innominata: servitus nominata est illa, quæ nomen habet a iure impositum, et hujus sunt quatuor species, nempe iter, actus, via et aquæductus. — 14. Quid sit iter? — 15. Quid sit actus? — 16. Quid sit via? — 17. Quid sit aquæductus? — 18. Servitus rustica innominata quæ sit, et quotuplex sit? — 19. Servitus realis dividitur insuper in continuam, quasi continuam et discontinuam. — 20. Quæ sit servitus realis continua? — 21. Quæ sit quasi continua? — 22. Quæ sit discontinua? — 23. Servitus mista est triplex, nempe ususfructus, usus et habitatio. — 24. Quid sit ususfructus? — 25. Quid sit usus? — 26. Minus juris est in usu, quam in usufructu. — 27. Quid sit habitatio? — 28. Servitutum allegans tenetur eam probare. — 29. Quodnam tempus requiratur ad præscribendam servitutem, sive personalem, sive realem, tam affirmativam quam negativam, tam rusticam quam urbanam, continuam, quasi continuam et discontinuam, sive mistam, *remissive*. — 30. In servitutibus affirmativis possessio acquiritur facto. — 31. In servitutibus negativis, per probationem, ne aliquid fiat, et acquiescentiam prohibiti. — 32. Hinc dominus allegans præscriptionem in servitutibus negativis adversus subditos tenetur probare probationem, et patientiam, et obedientiam. — 33. Unde in servitutibus negativis non incipit currere præscriptio, nisi a die prohibitionis. — 34. In materia servitutum conventiones sunt observandæ, quæ tamen debent esse claræ et expressæ. — 35. Via seu transitus servitus, a par-

(1. Servitutis nomen dupliciter accipitur a juristis. Primo nempe pro subiectione seu obligatione, qua res seu persona unius est obligata alteri, ut ipsi quodammodo serviat, et in hoc sensu mancipia dicuntur premi servitute. Secundo autem modo accipitur pro iure illo, quod ex parte alterius correspondet dictæ obligationi, et in hac posteriori acceptione jurisperiti frequentius sumunt servitutem uti nos in præsentibus, nempe pro iure fruendi vel utendi aliquo modo re aliena, vel aliquid circa eam impediendi.

(2. Servitus ut sic, est jus, quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re sua

(59) Servitus personalis antiquo et medio ævo in usu fuit apud Romanos, aliasque gentes. Exstat de

esse, quominus sponsalia legitime contracta consumuntur?

(48. Denique si agatur de statu puellæ quæ se virginem esse adhuc asserit, cum jam ab altero cognita esse perhibetur, sequestrum decernitur. Cap. 14, *De testibus*.

SERVITUS.

tibus contrahentibus præstari debet. — 56. Præterdens servitutem transitus debet probare transitum iure servitutis successive, cum potuerit esse iure familiaritatis. — 57. Ubi aliunde transitus haberi non possit, tenetur quis dare transitum in suo fundo, loquendo de transitu publico. — 58. Loquendo autem de transitu seu usu privato, potest quidem quis transire per fundum vicini, si aliunde viam habere nequeat. At debet solvi pretii æstimatio, et est in electione vicini dare transitum in parte sibi benevisa. — 59. Cessat autem servitus hujusmodi, si constet fuisse antiquitus practicatum aliam viam. — 40. Et si id non constet, justificandum est, usum transitus fuisse iure servitutis, credendo uti iure suo, sciente et patiente domino fundi, quod in dubio non præsumitur. — 41. Servitus aquæ ducendæ non solum ex capite vel fonte, sed etiam ex quacunque parte fundi constitui potest. — 42. Et talis servitus aquæ ducendæ constitui potest, sive per continuum fluxum sive per intervalla temporis, nempe pro certis diebus et horis. — 43. Item talis servitus constitui potest, ut aqua dividatur per mensuras, scilicet per uncias et digitos. — 44. Circa aquæ cursum, quæ sint specialiter attendenda? — 45. In præiudicium alterius non licet antiquum aquæ cursum alterare. — 46. Quamvis dominus, per cuius fundum aqua ducitur, rivum et canale mutare possit, hoc tamen solum permittitur ad effectum, ut aqua per rivum novum ducatur ratione commodioris usus sui prædii. — 47. Aquæ servitus non acquiritur ex cursu naturali, ejusque usu, etiamsi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem. — 48. Dominus fundi inferioris tenetur recipere aquam fundi superioris, si agatur de ejus naturali fluxu vel decursu, quem situs qualitas causet absque industria et opere manufacto. — 49. Si autem agatur de aquæ fluxu seu decursu proveniente ex hominum industria et opere manufacto, dominus fundi inferioris non tenetur recipere sibi præiudiciale aquam fundi superioris. — 50. Servitus in ecclesia cadit sub Extravagant., *Ambitiosæ*. — 51. Hinc servitus cryptæ et aditus subterranei, servitus fenestræ seu prospectus, servitus portæ seu transitus a domibus privatorum in ecclesias haberi non potest sine speciali indulto Apostolico. — 52. Subnectuntur *additiones ex aliena manu*, ad num. 85.

habet, et id conceditur personæ vel rei alienæ. Est in re communis, et desumitur ex l. *Quoties*, ff. *De servitutibus*.

(3. Servitus ut sic, dividitur in servitutem, personalem, realem et mistam. Servitus personalis, quæ debetur a persona personæ, est constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Sic expresse in § *Servitus*, inst. *De jur. personar.*, ubi nota quod ponitur *contra naturam*, quia, ut docent communiter doctores cum Scoto, in 4, dist. 46, quæst. unica, quantum est de iure naturæ, omnes homines nascuntur liberi (59).

omni servorum apud Romanos præsertim genere, eorumque officiis egregius Laurentii Pignori libet

* Non omnes servitutes personarum a personis debentur personis, sed quædam sunt servitutes, quæ personis quidem debentur, sed a rebus, vel propter res debentur. Ita recte distinguit Marcianus in l. 1, ff. *De servit.*: « Servitutes aut personarum sunt, aut usus, et usufructus, aut rerum, ut servitutes rusticorum prædiorum. » Servitutes autem prædiorum aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt. L. 3, ff. eod. *.

(4. Servitus realis, quæ debetur a re rei, est quoddam jus prædio inhærens, et ipsius utilitatem respiciens, et alterius prædii jus, sive libertatem diminuens. Sic expresse Bartol., in l. 1, ff. *De servit.*, ubi nota, quod nomine *prædii* intelliguntur etiam agri, vineæ, domus, aliæque res servituti obnoxie.

(5. Servitus mista, quæ debetur a re personæ, est jus quoddam, quod habet persona aliqua utendi, fruendique rebus alienis, ut cum prædium alicujus servitutum debet alienis personis. Rota, part. 1, dec. 199, num. 2, part. III, decis. 236, num. 1.

(6. Servitus realis, alia est urbana et alia rustica. Servitus realis urbana est illa, quæ debetur prædio urbano, sive ab urbano, sive a rustico prædio debeatur, dummodo urbano serviat. Pro dignoscenda enim qualitate servitutis realis inspiciendum est prædium, cui ea debeatur, ut ejusdem conditionis sit ac servitus; unde servitus realis erit semper urbana, si prædium, cui debetur servitus, sit urbanum, quamvis a prædio rustico debeatur: servitus autem realis rustica est illa, quæ debetur prædio rustico. Patet id ex tot. tit. institut. et ff. *De servitutib. prædior. urbanorum et rusticorum*.

(7. Nomine prædii urbani in iure venit omne ædificium habitandi gratia factum, sive ruri, sive in urbe existat, una cum horto ipsi causa amœnitatis annexo. L. *Urbana* 198, ff. *De verb. signific.*, ibi: « Urbana prædia omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis et in vicis, vel si prætoria voluptati tantum deservientia, quia urbanum prædium, non locus facit sed materia; proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit urbanorum appellatione contineri. » Et concordat, § *Prædium*, instit. *De servitutib.* Nomine autem prædii rustici venit id, quod colligendorum vel percipiendorum causa fructuum factum est, ut stabulum, horreum, ager, et hujusmodi, quæ non habitandi gratia erecta sunt, simulque ab ædificiis urbanorum prædiorum separata. L. *Eo iure utimur* 4, ff. *In quibus causis pignus*, etc., ibi: « Stabula, quæ non

De servis, Patavii 1695, et sæpe alibi. Alia tamen in eo reprehendit cl. Muratorius in dissertatione de servis inter societatis Florentinæ Columbariæ commentarios excusa. Legi quoque meretur Joannes Hermannus Stamm in tribus libris *De servitute personalis*, Francofurti 1625, quorum primus veteris et recentis ævi iura circa servos prosequitur, secundus de famulis agit, tertius de hominibus propriis. A cultioribus Europæ provinciis pene ex-

sunt in continentibus ædificiis, quorum prædiorum ea numero habenda sint, dubitari potest: et quidem urbanorum sine dubio non sunt, cum a cæteris ædificiis separata sint. » Et concordat cit. l. *Urbana* 198, ff. *De verb. signific.*, ibi: « Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana. »

(8. Prædium, cui servitus debetur, vocatur *dominans*. Alterum autem prædium, quod patitur servitutem, appellatur *serviens*. Sic communiter apud juristas, et Rota par. III, rec. dec. 239, n. 7 et 77.

(9. Servitus realis urbana adhuc est duplex, nempe affirmativa et negativa. Servitus affirmativa est illa, quæ exprimitur verbis affirmativis. Negativa econtra est illa, quæ exprimitur verbis negativis. *Communis*.

(10. Servitutes urbanæ tum affirmativæ, tum negativæ plures sunt, de quibus § *Prædiorum* 1, instit. *De servitutibus*, l. *Si intercedat* 1, l. *Urbanorum* 2, l. *Est et hæc* 3, l. *Lumen* 4, l. *Inter servitutes* 15, l. *Lumen* 16, l. *Si arborem* 17, l. *Fistulam* 19, l. *Servitutes* 20, l. *Si domus* 21, cum aliis similibus, ff. *De servitutibus prædiorum urbanorum*, l. *Altius* 8, l. *Si in ædibus* 9, cum similibus, cod. *De servitutibus et aqua*, atque per ordinem referuntur in *arbores servitutum, quæ est præfixa*, leg. 8, ff. tit. 2, *De servitutibus*.

(11. Et inter servitutes urbanas affirmativas signanter connumeratur *servus stillicidium avertendi*, id est jus derivandi stillicidium domus suæ in domum, vel aream vicini. Item *servitus projiciendi*, id est jus, quo quis ex fundo suo urbano in solum vicini aquam, aut limum, aut quisquillas ei projicere licet. Item *servitus tignum immitterendi*, et est jus, quo quis tignum, id est trabem super parietem sui vicini immittere potest. Item *servitus protegendæ*, et est jus, quo alicui licet ædes suas protendere in solum vicinum, et sic in aream projicere ac porrigere mœniam subgrundis, vel pensilibus ambulariis, ut tamen in vicino solo, vel pariete non insideant, nec conquiescant. *Protegere* enim est tectum projicere. *Mœniana* autem sunt quædam exterius porrecta ædificia; et *subgrundia* pars tecti ultra structuram ædium projecta, et præeminens. Item *servitus prospectus*, *servitus luminum*, *servitus altius tollendi*, et hujusmodi, de quibus late in t. institut., ff. et cod. *De servitutibus*, etc., et signanter in *Legibus supradictis*, præcipue in l. *Urbanorum* 2, ff. *De servitutibus prædiorum urbanorum*, ibi: « Urbanorum prædiorum jura talia sunt: altius tollendi et officendi luminibus, vicini.... Item stillicidium avertendi in te-

sulat hodie servitus personalis; sed nihil apud Indos communis. Non omittenda hic *servitus pœnæ*, ad quam non solum a Romanis idololatriæ damnatos Christianos novimus ex Tertulliano, *Apolog.*, cap. 29, sed etiam ipsum apostolum Paulum Philippis discimus ex apostolorum Actis, c. XVI. Gorius legendus in *Symbolis litterariis Romanæ decadis* vol. 9, ubi pag. 78, iterum dedit Jo. Conradi Stigglizii, *De servitute pœnæ S. Pauli apostoli* librum.

ctum, vel aream vicini... Item immittendi tigna in parietem vicini, et denique projiciendi, protegendive, cæteraque illis similia.

(12. Inter servitutes urbanas negativas signanter connumeratur *servitus stillicidium non avertendi*, et est jus, quod quis habet, ne vicinus stillicidium suum in domum, vel aream ipsius derivet, seu faciat cadere. L. *Urbanor.* 2, ff. *De servitutib. prædior. urbanor.* Item *servitus ne luminibus officiat*, et est jus, quod quis habet, ne alter lumina sua per ædificationem ædium, vel plantationem arborum auferat, aut obscuriora reddat. L. *Luminum* 3, et l. *Inter servitutes* 15, ff. *De servit. prædior. urbanor.* Item *servitus, ne prospectui officiat*, et est jus, quod quis habet, ne quid ei officiat ad gratiorem et liberiorem prospectum. L. *Inter servitutes* 15, ff. *De servitut. prædior. urbanor.* Item *servitus altius non tollendi*, et est jus, quo quis potest inhibere vicino, ne alius ædificium extollat. Cit. l. *Urbanor.* 2, ff. *De servitut. prædior. urbanor.*, l. *Altius*, e. *servitutibus et aqua*, l. *Si ædibus* 9, eod. eod.

(13. Servitus realis rustica est duplex, scilicet nominata et innominata. Servitus *rustica nominata* est illa, quæ nomen habet a jure impositum, et hujus sunt quatuor species, nempe iter, actus, via et aquæductus, textu expresso in l. *Servitutes rusticorum prædiorum sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus*, et concordat § *Rusticorum*, instit. *De servitut.*, ibi: « Rusticorum prædiorum jura sunt hæc, iter, actus, via, aquæductus. »

(14. *Iter* est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, aut vehiculum, textu expresso in cit., § *Rusticorum*, instit. *De servitut.*, et cit. l. *Servitutes rusticorum* 1, ff. *De servit. prædior. rusticor.* Id autem, quod dicitur de jumento, intelligendum est solum de jumento separato ab ipso homine; nam qui habet jus itineris, potest etiam super equum sedens, vel lectica portatus incedere. L. *Qui sella* 7, et l. *Inter actum* 12, ff. *De servitut. prædiorum rusticorum.*

(15. *Actus* est eundi, ambulandi hominis, agendi jumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet; qui autem habet actum, habet etiam iter, eoque uti potest etiam sine jumento, textu expresso in cit. § *Rusticorum*, et cit. leg. *Servitutes rusticorum.*

(16. *Via* est jus eundi et agendi, et ambulandi: via enim continet in se iter, et actum, et insuper jus trahendi lignum, seu trabem, aut saxum et rectam hastam ferendi. Cit. § *Rusticorum*, et l. *Servitutes rusticorum*, juncta Glossa, *ibid.*, verb. *Continet*, et concordat lex *Qui sella* 7, ff. eod.

(17. *Aquæductus* est jus ducendi aquam per fundum alienum, textu expresso in cit. § *Rusticorum*, et cit. l. *Servitutes rusticorum*, ibi: « Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum. »

(18. Servitus *rustica innominata* est illa, quæ non a jure nomen habet impositum,

sed ab actu denominatur, et hæc etiam est multiplex. Prima dicitur *aquæ haustus*, et est jus hauriendæ aquæ de puteo vicini; § *Inter rusticorum* 2, instit. *De servitutibus prædiorum rusticorum.* Item *pecoris ad aquam appulsus*, et est jus appellendi ad aquam pecora per fundum vicini, cit. § *Inter rusticorum*, et cit. l. *Servitutes.* Item *jus pascendi*, et est jus, quo in alieno pascuo licet pascere boves, pecus et equos prædii proprii causa. Cit. § *Inter rusticorum*, et cit. l. *Servitutes* 1, cum sequentibus, ff. *De servitutibus prædior. rusticor.* Item *calcis coquendæ*, et est jus, quo quis in fundo vicini ad utilitatem proprii prædii rustici potest coquere calcem. Cit. § *Inter rusticorum*, et cit. leg. *Servitutes.* Item *Arenæ fodiendæ*, et est jus, quo quis potest ex vicini fundo arenam, cretam seu lapides effodere ad proprii rustici prædii utilitatem, cit. § *Inter rusticorum*, et cit. l. *Servitutes*, et sic de similibus.

(19. Servitus realis dividitur insuper in continuam, quasi continuam et discontinuam. *Communis.*

(20. *Servitus realis continua* est illa, cujus et causa, et usus perpetuo durat, vel actu, vel potentia circa continuam hominis operam, ut servitus aquæductus, tigni immittendi, lumen et prospectum habendi, et hujusmodi. *Communis.* (21. *Servitus quasi continua* est illa, cujus usus perpetuo durat, potestate quidem, sed non actu, ut servitus stillicidii, servitus arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, et hujusmodi. *Communis.* (22. *Servitus discontinua* est illa, cujus usus est in hominis actione, quæ, cum assidua non sit, nec esse possit, discontinua dicitur; ut iter, actus, aquæ haustus, et hujusmodi. *Communis.*

(23. Servitus mista est triplex, nempe ususfructus, usus et habitatio. *Communis.*

(24. *Ususfructus* est jus alienis rebus utendi-fruendi, salva earum substantia. *Communis*, textu expresso, § *Ususfructus*, instit. *De ususfructu*, ibi: « Ususfructus est jus alienis rebus utendi-fruendi, salva rerum substantia. »

(25. *Usus* est jus utendi tantum rebus alienis, salva earum substantia. *Communis* per text. in § instit. *De usu et habitatione*, et in l. *Cui usus* 2, ff. eod.

(26. Unde minus juris est in usu, quam in usufructu, et cui usus alicujus rei legatus est, uti quidem potest, frui vero eadem non potest. *Communis*, textu expresso in cit., § 2, instit. *De usu et habitat.*, ibi: « Minus autem juris est in usu quam in usufructu. Nam is, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut cleribus, pomis, floribus, feno, stramentis et lignis ad usum quotidianum utatur. In eoque fundo haerens ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento, neque ulli alii jus, quod habet aut locare, aut vendere, aut gratis concedere potest. Cum is, qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere: » et concordat l. *Planum* 12, ff. *De usu et habitatione*, ubi varie istud

exemplificatur, et signanter de illo, cui usus pecorum relictus est, qui potest quidem pecoribus uti ad stercorandum, et hujusmodi. At non potest pecorum fetus, ut lanam, aut lac, nisi in modica quantitate, et quatenus ad victum quotidianum opus habet, ibi, § 2: « Sed si pecoris ei usus relictus est, puta gregis ovilis, ad stercorandum usurum duntaxat, Labeo ait: sed neque lana, neque agnis, neque lacte usurum, hæc enim magis in fructu esse. Hoc amplius etiam modico lacte usurum puto, neque enim tam stricte interpretandæ sunt voluntates defunctorum. » Et sic de aliis consimilibus, ut ibi, in cit. l. *Planum* videre est.

(27. Habitatio est jus alienas ædes inhabitandi, easque etiam commodandi et locandi. *Communis*, per text. in § *Sed si cui* 5, instit. *De usu et habitatione*, ibi: « Sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque ususfructus, sed quasi proprium aliquod jus, quanquam habitationem habentibus propter rerum utilitatem secundum Marcelli sententiam nostra decisione promulgatam permittimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare. »

(28. Servitatem allegans tenetur eam probare. Rota, part. xiv recent. decis. 416, num. 2, part. xviii, t. II, decis. 667, num. 3. Et quidem plene et concludenter. Rota, part. v, tom. II, decis. 588, n. 7, decis. 590, num. 1, part. xiv, decis. 399, num. 1. Nec sufficit quasi possessio. Rota, part. iv, tom. II, decis. 101, num. 2, part. xvii, decis. 31, num. 14. Et quidem probare debet eam acquisivisse, vel ex pacto vel ex testamento, vel ex præscriptione. Rota, part. iv, t. II, decis. 101, nu. 3, part. xiv, decis. 398, num. 3, decis. 316, num. 3.

(29. Quodnam tempus requiratur ad præscribendam servitatem, sive personalem, sive realem, tam affirmativam, quam negativam, tam rusticam, quam urbanam continuam, quasi continuam, et discontinuam, sive mistam? Vide verb. *PRÆSCRIPTIO*, § 5, a n. 24 ad 29.

(30. In servitutibus affirmativis possessio acquiritur facto. L. *Si quas* 1, l. *Si aquam* 2, cod. *De servitut. et aqua*; Gratian., tom. I, disceptat. 89, n. 19; Panimoll., decis. 24, adnot. 1, n. 1, et alii passim. (31. In servitutibus autem negativis acquiritur per prohibitionem, ne aliquid fiat, et acquiescentiam prohibiti. L. *Sequitur*, § *Si viam*, ff. *De usucap.*, l. *Qui luminibus*, ff. *De servitutib. urban. prædior.*; Bald., in l. ii, n. 54, vers. *Sed quæritur an per obedientiam ibi, et hoc verum*, cod. *De servitut. et aqua*; Panimoll., loc. cit., n. 2; Gratian., loco cit., n. 18, 19 et 20; Burat., decis. 38, n. 4.

(32. Hinc dominus allegans præscriptionem in servitutibus negativis adversus subditos, tenetur probare prohibitionem, patientiam et obedientiam. Gratian., disceptat. 564, n. 44; Afflict., decis. 388, n. 10; Thesaur., decis. 16, num. 8; Aym., consil. 861, n. 6; Ferentill., in *Addit. ad Burat.*, decis. 38, n. 8; Panimoll., loco cit., n. 3, et

alii. (33. Unde in servitutibus negativis non incipit currere præscriptio, nisi a die prohibitionis. Glossa celebris communiter recepta in l. *Qui luminibus*, ff. *De servitutib. urbanor. prædior.*; Rota, part. v, tom. II, recent. decis. 265, n. 36, part. vii, decis. 253, n. 59; Ripa in cap. *Cum Ecclesia Sutrina*, n. 50. De caus. possess. et propriet.; Burat., decis. 38, n. 4; Panimoll., loco cit., n. 6, et alii passim.

(34. In materia servitutum conventiones sunt servandæ. Rota, part. iv, tom. I, decis. 250, n. 2. Quæ tamen debent esse claræ et expressæ. Rota, part. xvii, recent. decis. 252, n. 1.

(35. Viæ, seu transitus servitus a partibus contrahentibus præstari debet. Rota, part. xv, recent. decis. 402, n. 1. (36. Præstans servitutum transitus debet probare transitum jure servitutis successive, cum potuerit esse jure familiaritatis. Rota, part. xiv, recent. decis. 398, n. 5.

(37. Ubi aliunde transitus haberi non possit, tenetur quis dare transitum in suo fundo, loquendo de publico, quia nempe via publica sit corrupta seu perempta. Card. de Luca, *De servitutib.*, disc. 23, sub n. 8, et disc. 94, n. 4. (38. Loquendo autem de transitu seu usu privato, potest quidem quis transire per fundum vicini, si aliunde viam habere nequeat; at debet solvi pretii æstimatio, et est in electione vicini dare transitum in parte sibi benevisa. Rota, part. v recent., tom. II, decis. 101, n. 25 et 26, part. xiv, decis. 398, n. 11 et 12; card. de Luca, *De servitut.*, disc. 23, sub n. 8. (39. Cessat autem servitus hujusmodi, si constat fuisse antiquitus practicatam aliam viam. Rota, part. iv, tom. II, decis. 101, n. 27. (40. Et si id non constet, justificandum est usum transitus fuisse jure servitutis credendo uti jure suo sciente et patiente domino fundi, quod in dubio non præsumitur. Card. de Luca, *De regalibus*, disc. 136, n. 3; *De servitutibus*, disc. 95, n. 3.

(41. Servitus aquæ ducendæ, non solum ex capite, vel fonte, sed etiam ex quacunque parte fundi constitui potest. *Communis*, textu expresso in l. *Servitus aquæ ducendæ* 9, ff. *De servitutib. prædior. rusticor.*, ibi: « Servitus aquæ ducendæ vel hauriendæ, nisi ex capite vel ex fonte constitui non potest. Hodie tamen ex quocunque loco constitui solet. »

(42. Et talis servitus aquæ ducendæ constitui potest, sive per continuum fluxum, sive per intervallatemporis, nempe pro certis diebus et horis. L. *Rusticorum* 2, § *Si aquæductus*, ff. *De servitutib. præd. rusticor.*, l. *Si constituta*, l. *Si is, cui*, in princip., ff. *Quemadmodum servitus amittatur*, cum aliis per Cæpol, *De servitutib.*, rust. præd. c. 86, n. 32, (43. Item talis servitus constitui potest, ut aqua dividatur per mensuras, scilicet per uncias et digitos. L. *Cum essent* 33, l. *Cum Lucius* 37, ff. *De servitutib. præd. rust.*

(44. Circa aquæ cursum tria sunt specialiter attendenda, scilicet lex, id est pactum, natura et vetustas, adeo ut lex ac natura

alterari non debeat, et quando apparet de vetustate et antiqua consuetudine, illi omnino standum sit. L. Si cui aqua, § 1, § 12, § 22, ff. De aqua et aquae pluviae arcendae; Bero, consil. 144, num. 39, circa med. volum. 3. et alii passim.

(45. Hinc in praedictum alterius non licet antiquum aquae cursum alterare. L. Unica, vers. Generaliter, ff. Ne quid in flumin. public., l. 1, § Non autem, ff. De flumin.; Rota, part. iv, tom. II, recentior. decis. 61, n. 2; Menochius, consil. 999, n. 12, et alii passim.

(46. Quamvis enim dominus, per ejus fundum aqua ducitur, rivum et canale mutare possit juxta glossam communiter receptam in l. Si cui, in ult. Gloss., ff. De servitut. Hoc tamen solum permittitur ad effectum, ut aqua per rivum novum ducatur ratione commodioris usus sui praedii, non autem ad effectum faciendi novum opus, et dummodo hujusmodi mutatio non noceat habenti servitutem aquae ducendae. L. Praetor ait 1, in princip., ff. De rivis; Glossa, in l. Si cui, ff. De servit., cum aliis cumulatis per Bero, consil. 144, n. 20, vol. 3.

(47. Aquae servitus non acquiritur ex cursu naturali, ejusque usu, etiamsi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem propter libertatem ex eodem naturali cursu conservatam, cum res animae expers, prout est in aqua, nullum jus tribuere possit, nisi concurrat actus hominis ad text. in l. Proculus, ff. De damnis infectis; Rota, part. iv, tom. II, recent. decis. 425, n. 3 et seq., et sacre alibi; Mascard, De probationib., conclus. 123, n. 14; Veronen., Deservit. aqueduct., n. 57, controvers. 310, n. 156; Marin., controvers. 16; Cancer., Variar. resolut., part. iii, cap. 5, n. 241, et alii passim.

(48. Dominus fundi inferioris tenetur recipere aquam fundi superioris, si agatur de ejus naturali fluxu vel decursu, quem situs qualitas causet, absque industria et opere manufacto; in tali enim casu dominus fundi inferioris prohibere non potest, ne aqua pluvialis, vel alia fundi superioris in eum decurrat. L. Si cui 1, § 10, 13, 22, ff. De aqua et aquae pluviae arcendae, l. Si aqueductus 47, ff. De contrahend. emptio.; Rota, part. xiv, recentior. decis. 461, n. 10; Surd., consil. 17, n. 14 et 27, consil. 23, n. 9; cardinal. de Luca, De servitutibus, decis. 93, n. 3, cum aliis ibi citatis. (49. Si autem agatur de aquae fluxu, seu decursu proveniente ex hominum industria et opere manufacto, dominus fundi inferioris non tenetur recipere sibi praedictam aquam fundi superioris. L. Si cui aqua 1, § 1 et 13, ff. De aqua, et aquae pluviae arcendae. Sic eardin. de Luca, loco cit., n. 3, cum pluribus aliis ibi citatis, ubi ut supra conciliat leges, quae in hoc videntur esse contrariae.

(50. Servitus in Ecclesia cadit sub Extravagant. Ambrosiae; card. de Luca, De servitutibus, disc. 17 per tot., De alien., disc. 18, n. 8, De praesent., disc. 26, n. 13, et alii communiter; adeoque neque ei servitus passiva imponi, nec activa alienari potest

sine Beneplacito Apostolico. Quaranta, in Summa Bullar., verb. Alienatio, n. 22; Conrad., Prae. dispensation., l. 9, cap. 4, n. 15; Monacell., tom. I, tit. 5, formul. 15, n. 20, ubi refert, sic expresse declarasse sac. cong. Concil., in Albanens. 21 Junii 1698, in qua agebatur de impositione servitutis immitendi tigna, et appodiandi super muros conventus PP. minorum conventualium.

(51. Hinc servitus cryptae, et aditus subterranei, servitus fenestrae, seu prospectus, servitus portae, vel transitus a domibus privatorum in ecclesias haberi non potest sine speciali Indulto Apostolico. Vide verb. Ecclesia, art. 5, verb. FENESTRAE, verb. PORTA, verb. PROSPECTUS, ubi afferuntur ad id decreta.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

Sufficere hic arbitramur, si aliqua addamus de servitutibus realibus in genere.

(52. Reales servitutes a praediis dominantibus dicuntur vel urbanae vel rusticae. Praedia autem dicuntur vel urbana, vel rustica, ratione usus et destinationis.

(53. Utilior est servitutem distinctio in affirmativas, quae in faciendo, et negativas, quae in non faciendo consistunt. Illae quasi traditione acquiruntur, haec nuda promissione. Illae praescribuntur ordinario modo, haec vero requirunt prohibitionem alterius cum servientis acquiescentia conjunctam.

(54. Denique ex male intellecta l. 14, ff. De servitutibus, doctores distinxerunt continuas a discontinuis; illas dicentes, quarum usus continuo adest: has vero, quae non habent certum continuumque exercitium, et proinde has impraescriptibiles dicunt, non illas.

(55. In omni vero servitute reali quatuor necessaria sunt. I. Legitima constitutio a parte concedentis; II. Legitima acquisitio respectu acquirentis; III. Duo, et quae vicina praedia, quorum alterum alteri praestet utilitatem. His addunt IV, causam perpetuam.

(56. Quod ad primum attinet, constituitur aliquando servitus a iudice. L. 22, § 3, ff. Famil. erciscund., ut plurimum vero a privato. (57. Hic, ut legitime constituat servitutem, debet habere dominium irrevocabile praedii: qui enim revocabile habet dominium, vix in sui praedictum servitutem constituere valet. Confer Stryk, in usu modern. Pandect., l. 8, tit. 1, § 10. (58. Tum habere debet dominium totius rei: rei etenim communi nec pro parte sua imponere dominus potest servitutem. L. 2, ff. De servit., l. 6, § 1, ff. Commun. Praed. Adi Donell., Comment. jur. civil., lib. xi, cap. 9, lit. C et sequent., et liberam demum potestatem disponendi habere debet. (59. Fit inde, quod proprietarius non aliter, quam cum consensu usufructuarii imponere servitutem potest fundo usufructuarii, per l. 15, ff. De usufruct. ubi pro Ne quidem legi debet, Equidem, ut l. 6, eod. declarat Bykershoek, lib. i, observ. 11.

(60. Quod vero concernit secundum, de jure Romano tantum quilibet sibi servitu-

tem acquirere poterat. L. 5, c. Commun. praed. Sed aliter hodie. Vide Stryk., in usu modern. pandect., tit. Commun. praed., § 5; Schilter., exercit. 18, § 35.

(61. Acquiritur ultima voluntate, adeoque statim a morte testatoris transit. L. 19, § 1, ff. Quemadmodum servitus amitt. (62. Inter vivos per expressas conventiones accedente in affirmativis quasi traditione, seu patientia, et usu, vel inductione in praedium. (63. Ipso facto seu tacita voluntate non facile constituitur. L. 36, ff. De servit. praed. urban., l. 1, ff. De servit. legat. Consule Hertium, dissert. De servit. fact. constit., nisi usus rei legatae foret inutilis. L. 30, De servit. praed. urban., l. 7, pr. L. 10, cap. Commun. praed.

(64. Acquiritur itidem praescriptione; si contra ipsum dominum possidentem sine titulo servitus exercetur, accedente scientia et patientia ejus. L. 1, pr. Si servit. vindic., l. 2, c. De servit. (65. Tempus immemorabile olim vice tituli erat. L. 1 in fin., l. 2 in princip., § 5, 6 et 7, leg. 23 in fin., De aqua et aquae pluv. arcend. (66. Jure novo sufficit longissimi temporis praescriptio. (67. Si a non domino alteri constituta est bona fide accedente, et titulo etiam 10 vel 20 annis acquiritur. L. 2 in fin., c. De praescript. longi tempor. (68. Sed in discontinuis, ut plurimum immemorabile tempus hodie desiderant, quod per errorem in quibusdam locis introductum. Stryk., in Usu modern. Pandect., tit. De servit., § 6; Muller. ad Struv., exerc. 13, thes. 39, litt. K.

(69. Quoad tertium inter duo praedia desideratur vicinia. L. 39, ff. De serv. praed. urban. leg. 5, ff. De servit. praed. rustic. (70. Ut non semper immediata esse debeat, nisi quam natura rei postulat. L. ultim., ff. Deservit. praed. rustic., l. 1, l. 14, ff. De serv. praed. urb.; Franzk., ad tit., ff. Deservit., n. 28 et seq. Adde Donell., Commentar. jur. civil., lib. xvii, cap. 2.

(71. Requiritur praeterea ut alterum alteri praestet utilitatem, quae non tantum ex commo, sed etiam, luxu civitatum aucto, ex amenitate aestimatur, ob quam etiam vicini saepe interesse potest. L. 15, ff. De servit., l. 3, § 1, ff. De aqu. quotid. et aestiv.; Noodt, lib. i Probabil. jur., cap. 2, (72. praesertim in locis, in quibus voluptas in pretio est, in quibus meliorem praediorum causam faciat. L. 6, ff. De serv. praed. rustic. (73. Id vero, ubi non est servitus realis.

SIGILLUM.

SUMMARIUM.
1. Sigillum pro annulo, et annulus pro sigillo usurpabatur antiquitus. — 2. Sigillorum usus fuit antiquissimus penes principes pro jurisdictione communicanda subditis per annuli traditionem. — 3. Imo usque ab origine mundi hos annulos pro ob signando fuisse tradunt multi. — 4. Sigilli nomen unde deducatur? — 5. Sigillum quid sit? — 6. Sigillum debet esse tale, ut deducat in notitiam sigillantem. — 7. Et si contineat imaginem, debet imago esse conformis originali. — 8. Sigillum dividitur in authenticum, in non authenticum: et quale sit utrumque. — 9. Quatuor sunt, quibus redditur sigillum vacillans, ac detrahitur ejus fidei,

L. 8, princip., ff. De servit. (74. Praestat autem utilitatem ordinarie omnibus fundi partibus. L. 23, § 3, ff. De serv. praed. rustic. Similiter ubi indefinite concessa, totus fundus servit. L. 21, eod. Civiliter tamen alter servitute uti debet; l. 9, ff. De servit. (75. Adeoque legatarius audiendus, si haeres per certam partem fundi velit servitutem assignare. L. 26, De serv. praed. rustic. (76. Aliquando etiam per arbitros haec res determinatur. Confer Mev., part. iii, decis. 372.

(77. Notandum vero quod ita utilitas est praestanda, ut alterum praedium aliquid patiat, aut non faciat; de jure enim Romano nulla in faciendo consistit servitus. L. 15 in fin., ff. De servit. (78. Promissio haec operatur obligationem mere personalem, quae tertium possessorem non stringit. L. final. in fin., ff. De contr. empt.; Adi Stryk., in usu modern. pandect.; tit. De servit., § 3. (79. Num autem hodiernis moribus servitus in faciendo consistere queat, vide Titium, De servit. in faciendo consist.

(80. Reliquum est, ut de quarto disseramus. Requiritur servitutes causam perpetuam seu naturalem. L. 28, ff. De serv. praed. urb., quia servitutes natura sua sunt perpetuae. (81. Admissae vero fuerunt jure praetorio ex aequitate contra subtilem antiquorum jurisconsultorum philosophiam, seu contra jus civile, servitutes temporales. L. 4, ff. De servit. (82. Quia et hodiernis moribus non amplius hoc quartum requisitum in usu est. Qua de causa servitus foraminis hodie datur. Stryk., in Usu modern. PP., tit. De servit. praed. urban., § 18.

(83. Effectus constitutae servitutis est a parte servientis praedii, quod nihil possit facere in praedictum dominantis. L. 14, ff. De servit. praed. rustic. Omnia concedere debeat, sine quibus servitus exerceri nequit. L. 20, § 1, § De servit. praed. urban. (84. A parte dominantis, quod perpetuo possit servitute uti, nisi ad tempus fuerit constituta, l. 4, ff. De servit., non vero aliis rursus concedere; l. 24, ff. Locati, aut ultra praedii necessitatem eam extendere; l. 24, ff. De serv. praed. rustic., quatenus praedio servienti inde nocetur; dict. l. 24. (85. Pactis tamen plus concedi potest, quam servitutis ratio permittit; l. 33, § 1, ff. De serv. praed. rustic.; Noodt., lib. i Probabil., cap. 31.

et assignantur usque ad num. 12. — 13. Sigillum dividitur insuper in publicum, et privatum, et quale sit utrumque. — 14. Sigillum probabilis non plene probat, nec plenam facit fidem sine subscriptione sigillantem in testamentis scriptis, sicut et in aliis casibus; ubi agitur de magno praedictum, aut de jure vel consuetudine requiritur subscriptio. — 15. Opposita autem sententia est etiam probabilis. — 16. Scripturae seu instrumenta, quae habent sigillum authenticum seu publicum, plene probant. — 17. Scripta autem sigillo privato munita probant quidem, et valent in praedictum illorum, qui ea scripserunt; non vero ad commodum eorum, nisi ab adversario fuerint approbata. — 18. Testamen-